


*Quae evenirent...*

- *AB ANNO DCXCVII AD ANNVM DCCII A.V.C*
  *Caesar Galliam bello subigit.*
- *AB ANNO CMXXII AD ANNVM CMXXXII A.V.C*
  *Ista Viducassium domus, quam nunc invisis, exstructa est.*
- *CIRCA ANNVM MLXXXII A.V.C.*
  *Illa domus in summa relicta est.*
- *ANNO MCCXXIX A.V.C.*
  *Occidentale Romanum imperium periit.*

## TEMPORA DESCRIBERE

***In temporum subjecta fascia :***

**I.** Gallo-Romanum tempus cinge.

**II.** Tempus rutila per quod Viducassium domus habitata est.

**III.** Computa quot anni intercesserunt a tempore quo domus relicta est ad quod antiquitatis investigatores illam reperierunt.







## LOCOS IN TERRARVM DESCRIPTIONE SINERE

**IV.** Haec subjecta antiqua civitatum nomina scribe :
Aregenua, Noviomagus, Augustodurum.

**V.** Praesentia civitatum nomina subscribe.

**VI.** Viducassium civitatis fines reperi et colora.

## DOMVS LOCVM DESCRIBERE

**VII.** E subjectis verbis tria cinge quae, ut tibi videris, maxime conveniunt ad domum quam nunc exploras describendam :
***muri, lapides, ruinae, arbores, latera, imagines, viae, columnae, domus, tesselae, membra, hortus, piscina, porticus, marmor, contabulatio, palma, fundamenta, tegulae, hypocaustum, tabulatum, puteus, exedra.***

**VIII.** Tria adjectiva nomina propone quae tibi, cum antiquam domum spectas, in mentem veniunt.



**IX.** E subjectis verbis sume quae, ut tibi videris, maxime conveniunt ad domus situm describendum ; deinde sententiam compone :
***declivitas, abruptus, planitia, collis, vallis, vallicula, campus, mons, planities.***

## FRONTIS PORTICVS




***Vastum domus vestibulum in viam versum frontis porticum despicit, quam columnae praetexunt.***

**X.** Primae paginae descriptione visa, dic quomodo via, quam frontis porticus praetexit, appellata sit.

Ventorum descriptione visa, dic quas caeli regiones via adspiciat :

Quomodo viae, quae septentrionalem meridianamque regiones adspiciunt, appellantur ?

**XI.** Quot columnas in hac porticu computas ?

Quot columnas in domus refectione (pagina quarta) computas ?

Cur hi numeri inter se dissimiles sunt ?

**XII.** Summis vestibuli columnis attento animo perspectis, quid legis ?

Quid postea ?

Cur " archetypae " columnae non restitutae sunt ?

**XIII.** Orientali porticu visa, quae forma archetypo pavimento est ?

Quis color ?

E subjectis verbis pavimenti materiam sume :
***Syenites lapis, silex, calx, marmor, sectilis lapis, argilla.***





## VESTIBVLVM




Imaginem specta in quadratae pilae fragmento fictam quod in laevo muro in intimo vestibulo includitur.

**XIV.** Hanc imaginem describe.

**XV.** Quae Venus est ?

**XVI.** Num imago tota est ?
Quare, ut tibi videris, lapides a dextera imaginis parte quadrate caeduntur ?

**XVII.** Haec imago " ANAGLYPTA " dicitur : quid hoc verbum significat ? E subjectis definitionibus propriam sume : " ANAGLYPTA " imago est quae…

- ***a) …a lapide non omnino absoluta est at paulo eminet.***
- ***b) …inferiorem muri partem adornat.***
- ***c) …infabre vitioseque composita est.***

## PERISTYLVM




**XVIII.** " PERISTYLVM " vocabulum e duobus graecis verbis constat : " peri " = " circum " et " stylos " = " columna ". Domus membrorum hortique dispositione inspecta, " PERISTYLUM " vocabulum definiendo explica.

**XIX.** Peristyli columnae a frontis porticus columnis differunt : dua discrimina atque unam similitudinem minimum reperi.

**XX.** Ecce peristyli exornata columna : alteram columnam, cujus ornationem inspexeris, juxta pingue.



**XXI.** Num tori, qui rotundae columnarum crepidines sunt, toti sunt ?

Quare, ut tibi videris, tales sunt ?

**XXII.** Unde aquae, quae in domo usurpatae sunt, hauriebantur ?

**XXIII.** Voluptariae in medio horto piscinae formam infra pingue.

Quae geometrica schemata in hac forma reperis ?

**XXIV.** Quam arborem in horto vides ?

In qua caeli regione nascitur ?

## HYPOCAVSTVM




**XXV.** " HYPOCAVSTVM " vocabulum e duobus graecis verbis constat : " hypo " = " subter " et " kaïeïn " = " urere ". Domus membra inspecta, dein " HYPOCAVSTVM " vocabulum definiendo explica.

**XXVI** Ecce hypocausti forma : sagittas pingue in locis per quos calidus aer fumusque transeunt. ▶






**XXVII.** Solum membrum, quod in quinta statione spectavisti, cum hypocausto restauratum est. Alia tamen membra eodem modo calefaciebantur. Quid e hypocausto in statione sexta relinquit ?

## MAGNAE EXEDRAE




**XXVIII.** Quomodo tesserulae appellantur quae pinguendi causa conglutinantur ?

**XXIX.** His variis tesserulis attento animo perspectis, dic qui colores et quae geometrica schemata usa sint.

**XXX.** Tesselae quas spectas verarum tesselarum in domo inventarum partem imitantur. Effícti fragmenti fines infra pingue.



**XXXI.** Quare antiquitatis investigatores totas et integras tessellas non repererunt ?

Service Educatif du SDAC, 2000 - Traduction : G. Mary.



# AREGENUA-VIEUX

**Parcours-enquête latin**


Service Départemental d'Archéologie du Calvados
*VIEUX-LA-ROMAINE, Musée et sites archéologiques - 13 chemin Haussé*
*14930 VIEUX - Tél. : 02 31 71 10 20 - Fax : 02 31 71 10 25*


### Notice préalable à l'intention de l'accompagnateur

*Cette domus est une maison à péristyle, c'est-à-dire dotée d'un jardin intérieur entouré d'un portique (colonnade périphérique). Ce plan de type méditerranéen est rare au nord de la Loire. La demeure est particulièrement vaste (1450 m² au sol) et se distingue par la qualité de sa décoration intérieure (2 mosaïques, peintures murales, statue de déesse tutélaire, piliers sculptés, colonnes ciselées ...).*

*Le bâtiment actuellement visible a été construit au cours du dernier quart du IIème siècle ap.J-C, sur les vestiges d'au moins 5 constructions dont la plus ancienne remonte au début du Ier siècle ap.J-C. Dans la première moitié du IVème siècle ap.J-C, après un incendie, la rangée des pièces occidentales est recoupée par une voie nord / sud ( cardo III ) ; le reste de l'édifice, ruiné, devient un terrain vague peuplé de chiens errants (dont on a retrouvé de nombreux squelettes). A partir de la fin du IVème siècle, ce qui reste de la Maison au Grand Peristyle et des maisons voisines est livré aux démolisseurs et récupérateurs de pierre et de matériaux .*

La connaissance de l'histoire du Calvados s'est enrichie de façon importante grâce aux fouilles archéologiques réalisées à Vieux, entre 1988 et 1991 sous la direction de Pascal Vipard, sur les vestiges d'une très riche *domus* : la *Maison au Grand Peristyle*. (demeure urbaine gallo-romaine) que vous allez découvrir.
A partir du croquis en bas de cette page, respectez bien les étapes que nous vous proposons ...
... bonne enquête !

